
Præcipitationis modos & necessitates indicat.

CAPVT XXVIII.

Ferri proprietates & actiones, quas & quomodo eas perficit in humano corpore, multæ sunt & variæ opiniones apud scriptores, quorum Catalogum recenset Sennertus: a pauci verò rem tetigerunt, propter Hippocraticæ doctrinæ insciam: dicam autem quomodo adstringat, vel quomodo laxet.

*alib. 3. p.
2. ser. 2.
cap. 7.*

Ferrum adstringit manifestè, ideoquè stomachum & vicinia quæque roborat: Conuenit itaque in Dysenteria, lienteria, diarrhæa, omnibusque morbis laxis & dissolutis &c. Quibus reclamare audio: quòd ferrea medicamenta mulierum menses promouent, restaurantque iccoris & lienis defectus, adeoque

hinc potius laxare, quam adstringere. Respondeo, non ut medicus ille canonicus, qui *lapides cancrorum minerale*, & *ob id nature inimicum* proclamat; Sed ex naturæ operibus, quibus demonstraui ex Hippocrate a hæc *ex diuina necessitate sic euenire debere*: in nobis nimirum non raro oberrare sal quoddam resolutum, cuius generationem supra suo loco ostendi, ex acido & alcali, inuicem minus concordante compositum, atque diaphæresi & transpirationi ineptum; illud propter saporum inæqualitatem, medicamentis purgantibus non auscultat, ut docet experientia: voca hoc ut volles, humorem plane excrementitium, vel in prima, vel in vltima corporis regione existentem; cuius siue vterus, hepar, lien, renes, pancreas, mesenterium, vel stomachus sit generator, idem nunc est. Sumpto itaque ferro, quod ut mechanice ostendi facillime acida omnia

* Lib. 1. de
dieta.

Hippocrates Chymicus. 237

combibit, illico sal istud nocium liquidum, vel humor excrementitius, ad ferrum præcepit ruit, eique adhæret, vt illud dissoluat, adeoque excrementum istud salinum, iuxta saporis speciem, dum ferro adhæret, illudq; rodit, coagulatur (sicut vidimus cum acido vitrioli verti in vitriolum, cumque acido vini in rubiginem *a*. Sic quoque in cupro euenit, istud si acetum rodit, fit ærugo; Si idem cuprum rodit spiritus vitrioli, fit vitriolum veneris: hic quoque quadrat, quæ suprâ de alcalibus & acidis oculariter demonstraui) cum autem in alimentum non potest assumi, ideoq; cum ferro soluto *b* sub nigro colore foras eijcitur; qui color oritur, cum acidus sal, ferrum rodit, ac alcali, illud in colcotar præcipitat, vt suo loco suprâ ostendi.

Cum vero ferrum in acido, stomacho tamen grato, liquore dissolutum *c* potatur: absumptis, & penitus admissis iisdem liquo-

a Fitque
tinctura
martis Re-
formatoris
in appendi-
ce fol. 83.

b Diaphra-
gma non as-
cendit.

c Ut in aci-
dulis patet.

ribus, ferrum mox, vt dixi alimoniam ineptum, ab acido separatur (alcali virtute) à commisto: in qua segregatione, confluunt dicti sales vel humores ad ferrum, & illi adhærent: sicut vidimus argento euenire, in aqua forti soluto; in hanc solutionem, si cupri lamellæ iniiciuntur, tum statim aciditas aquæ fortis deserit argentum, & rodit cuprum, argentumque cupro adhæret, vt putris compactus. Rursus in illud solutum iam à cupro viridescens, mitte lamellam ferri, & aqua confestim cuprum deponit, & rodit ferrum, cuprumque ferro adhæret (dum aqua vitriolata Goslaræ rodit ferrum, tunc cadit cuprum ex aqua in ferri locum, quod vitriolum continebat immaturum; hic puluis rubeus, igne fusus in cuprum euadit; hanc præcipitationem multi docti viri (non tamen in Hippocratica doctrina) transformationem ferri in cuprum crediderunt.) Ità in humano cor-

*Non lo-
quor illi,
qui in vi-
ra nil, ni-
si olidum
stercus in-
spexit.*

Hippocrates Chymicus. 239

pore contingere, mechanica ratio, & necessitas dicitur, præsertim cum natura in omni re similis existat: ut loquitur senex. Nisi enim excrementitius humor, cuiusdam semi-acidæ naturæ, & saporis esset, ferrum in corpore non dissolueretur in viride vel nigrum liquamen, ut quotidie oculis intuemur, utque etiam suo loco ostendi; Et nisi excrementa ita tingantur, iam ferrum inconsideratè propinatur; non enim reperit humorem idoneum, qui illud soluat, tunc sanè ferrum adstringit, licet Reformatoris crocus martis aperiens assumptus per os fuisset. Idem intelligendum est de acidis spiritibus, ut vitrioli, sulphuris, vitri, & salis; hi namque nisi reperiant alcali errans in corpore humano, à vitalitate proscriptum, & ob id morbosum, quod acidus spiritus in se recipiat; tum plus nocent quàm prosunt: tunc enim nimietatis causâ, proximum stomachi alimentum suâ

*Acidorum
usus & A
abusus. 4*

aciditate inficiunt, & alendo ineptum reddunt. Medicus amicus Romæ Anno C. 1656. pestis tempore, præseruandi gratiâ vsus fuit spiritu sulphuris, in copia; hic arthriticus *a* euasit, qui postmodum alcali animalium restitutus fuit, vt de podagra alibi ostendi. Alcali enim combibit acidum errans in corpus dispersum, quod ventriculis manifestè acida non assuetis, dolorem & morbum excitabat: docente id Hippocrate *a acidis cibis, si quis citra delectum, ac inconsideratè exhibeat, nihil commodi perficient.*

*a Arthritis
remediū in
alcalibus.*

*a De medici
purgantibus.*

Hoc præcipitationis fundamento, factus est clauus aureus Magni Ducis, quem Ferdinandus Primus, P. M. hoc testimonio, quod cum clauo Florentiæ spectatur, ornauit.

*† Clauus
aureus.*

D. Leonardus Turneisser, clauum ferreum, me presente ac vidente igne calefacto, ac oleo immisso, in aurum conuertit. Romæ die 20. Nouemb. post prandium.
Huiusmodi

Hippocrates Chymicus. 241

Huiusmodi clauos, aliquoties ludendo, propriâ manu parauimus; qui verò metalla tractant vulgari modo, illis videtur impossibilis ferri & auri conglutinatio, adeòq; credunt pro certò hunc clauum verè ex ferro in aurum transmutatum esse: huius opinionis causam confirmat, quod aurum ferro non adhæret, imò aurum liquatum, illud in momento corrodit & in rubiginem vertit *a*. Connectitur autem aurum ferro, per præcipitationis medium, vt dixi, nimirum eo fundamento, quo ferum cuprum præcipitat. Seca igitur clauum ferreum in duas partes, extremitatem humecta, saltem cum saliuâ, & statim tange hanc partem cum vitriolo cupreo, & in ipso puncto ferri extremitas rubescit, & iam acquisiuit cupri naturam; *b* cupro autem aurum facillimè associatur: adeòq; huic cupreo ferro adapta cuspidem, factam ex auro, cumque borrace, & aurea

a Sicut sulphur commune; Sic aurum, ferum in rubiginem conuertit.

b Impossibile est trāstrus de extremo ad extremum sine medio. Teste phi-

*lof. 6. phy-
ficorum.
b Auri
gluten.*

solidatura (quæ fit ex cuprea moneta, & satius est parum argenti & auri ad oculum liquati) in carbonem commodo igne, more solito, colliquato, & habebis clauum aureum tantæ famæ. Hunc Turneisserus tinxit ferrugine, quacum aurum abscondit ac Magno Principi (sine dubio) manibus tractandum obtulit, qui ita laruatus, à peritissimo quocunque ferrum iudicabatur, quem igne calefecit, ac in oleum quoddam (vt ait testimonium) intinxit, abluuitque ferruginem, & aurum apparuit. En artificium, si artificij nomine dignum.

*Ferrum a-
perit & con-
stringit.*

Sed redeamus ad ferrum, quod assumptum per os, liberat ab obstructionibus, à supra dicto excremento obortis, & aperit per accidens, absorpto scilicet coagulatore acido errante, & à natura proscripito; non tamen quod per se, proinde destinat esse constrictiuum: aperit ergo potestate specificâ & appro-

Hippocrates Chymicus. 243
priatâ , constringit verò quali-
tate secundâ.



Nux casta.

C A P V T XXIX.

CVprum quod dixi ab aceto
verti in æruginem, hoc stil-
lare iubet Reformator. *Me-*
mini inquit a: *me mentionem* a Appendix
fol. 72.
fecisse cuiusdam menstrui secre-
ti; hoc menstruum quanquam in-
bebat malignorum, ingratiſſimo-
rumque cuculorum canina inui-
dia, inter secretiora arcanorum
scrinia detinere, nec tam citò in
meridianam lucem emittere; dum
tamen omnem vindictam ingra-
titudinis & odij, undeundè mi-
hi pro beneficijs iniuriose illati
Deo relinquendum, suadet rectè
factorum conscientia, ut bonitati
publicæ rem præstem gratam; spi-
ritum prenomiatum publici iu-
ris faciam: cui magna remedio-

Tristis se-
ueritas qui-
dem inest
in voltu: at
verbis nul-
la fides. Te-
rent. in An-
dr: